deo. Abierunt ergo quidam ex ministris ad imperatorem dicentes ei. Impera
tor non possumus vincere hominem hunc. Arbitrabamur eum posse con
cidi. nosmet ipsos dilaniavimus. Tunc imperator stupens super hec que
videbat. iussit arborem magnam scindi cuneis per medium. ut immis
sis in eam sanctus extensus et confractus etiam emitteret spiritum. Cum vero eius
delicata membra extendissent. statim arbor in duas partes divisa est.
a capite usque ad caput. Sed ipse erat hylaris. et glorificans deum. Et
cum ministri nunciassent que facta sunt. valde super his contristatus
imperator. excogitabat qua morte eum finiret. Cumque iuberet eum
adduci. ait ad eum. Immola diis. Marinus sanctus respondit. Non immolo.
Marcianus imperator dixit. Per deos omnes male et pessime te disperdam. Sanctus
marinus respondit. Quod facis fac celerius. ut caream te et patre
tuo diabolo qui dicitur satanas. Et statim iussit imperator craticulam arri
pi. et fundi plumbum ingens. et succendi. et supponi sanctum dei martyrem.
Ascendens autem beatissimus marinus super craticulam signaculum crucis faciens.
et aspiciens in celum invocato domino ait. Gratias tibi ago domine ihesu christe qui
dignatus es servum tuum peccatorem transire per ignem. ut inducas me
in refrigerium eternum. Hec autem eo dicente. statim fluxit aque inun
dans extinxit ignem. Ipse autem stans super aquas. glorificabat dominum ihesum
christum. Obstupefactus imperator super hec que videbat. cogitabat qua mor
te eum perderet. Simplicius autem quidam commentariensis dixit.
Per potentiam tuam domine si precipis dico quali tormento iste dispereat. Tunc im
perator ait. Celerrime fac consilium tuum. Et iussit simplicius afferre
frictoriam et supponi ignem vehementissimum. ut cum exardesceret ab ig
ne inmitteret in eam sanctum dei puerum. Cumque ministri proiecissent eum
in frictoriam sanctus dei martyr erat aspiciens in celum glorificans dominum
ihesum christum. Et respiciens ad imperatorem ait. Marciane parasti carnes me
as ad edendum et nunc accipe partem aliquam et ede. donec alie prepa
rentur. Siquidem non manducabis de membris meis. quia dissolvit
dominus deus fortitudinem tuam. et michi dabit tolerantiam ad sufferen
das tuas machinationes. Hec eo dicente venit ros de celo et extinxit ignem.
et refrigeravit frictoriam. Et erat beatissimus iacens in frictoria. velut
in bono stratu requiescens et benedicens dominum. Tunc marcianus dixit ad eum.

Ecce maleficia tu
te cruciatum disp
deos tuos quos co
timeris in perpetu
Marcianus autem
minib; ad orantu
caldaria. et inmitt
et capite inverso
animam habens
aspiciens in caldaria
pix effusa est hinc
glorificabat dominum
et attrahi illuc sci
civitas convenit
habebat apud dom
serapin et matre
et cultellum. et in
Sanctus autem marinu
insunt deus op
solutt
Tunc imperator val
ut pomma sacrif
imperatorem dicen
tuum. et omnes a
tuas non pertimesc
audiens. iussit eu
cum illustribus ciu
inmitti sanctum dei m
curantibus iussit in
lantibus vero mini
iam diutius molesta
rum et compleru
eius se volutans.